UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

60 Eiulatus maximi super cadaveribus improbantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Visual Library

& lugubre admodum ſpectaculum eſſe cum cadaver intuemur exangue, immobile, fœtidum, eſcam paulò poſt vermibus futurum, quod paulò ante animatum, mobile, agile, & ad omnia operanda idoneum videbamus: ideo non vitio dandum, ſi propinquorum, aliorumve, quos diligimus, mortem doleamus, cùm propter pietatem mortuos lugere non prohibeamur, & nobis in hac re manifeſta tradita fuerint exempla à ſanctiſſimis viris compluribus, quos in ſacris litteris amicorum, & propinquorum mortem doluiſſe, & ploraſſe, legamus. *cap. ubicunque*, §. *hoc autem*, & ibi gloſſ. *in fin. q.* 13

55 Fili, † inquit Eccleſiaſtes, in mortuum, produc lacrymas, & quaſi dira paſſus, incipe plorare, & ſecundum judicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam ejus, Idem Eccleſ. *cap.* 38, *num.* 16, & ſuprà mortuum plora, deficit enim lux ejus, *idem eccleſiaſt. cap.* 22.

56 Ideò † lugebat populus Iſraëliticus Moyſen diuturno 30, dierum planctu, *Deut. cap. ult, circ. fin.* obitum Saulis, ita Rex David eſt contriſtatus, ut æternam poſteritati ſanctæ in hoſtem charitatis memoriam reliquerit 2. *Reg. cap.* 1. idem ſuper tumulum Abner lacrymarum vim maximam fudit, *ibid. c.* 3. *circ. fin.* in morte verò Abſalonis, quos ejulatus emiſerit, teſtatur ſcriptura, *ibidem cap.* 18. & 19.

57 Commendata fuit Reſphæ † concubinæ pietas, ob pium in cadaver Saulis officium præſtitum, *ibidem cap.* 21, *circa med.* longo fletu ſepulturæ traditus fuit Iudas Machabæus ab univerſo populo, & multos dies poſt lugubri planctu miſerandum tanti viri interitum deplorabant,
58 1, *Machab. c.* 9. *cir. med.* & unicus † viduæ filius adoleſcens vita functus ad matris fletum fuit à Chriſto à mortuis excitatus, *Lucæ cap.* 7, ac una cum Marthia, & Mag-
59 dalena ſororibus † lacrymatus Jeſus ad ſepulcrum Lazari fuit viſus lacrymari, *Ioan. cap.* 11, qui tamen non flevit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ hujus ploravit ærumnas reſuſcitandum, *cap. qui divina* 13, *quæſt.* 2, & Durand. *de mod. gen. conc. celebr. rubr.* 6, *nu.* 2, Cœterum, ſi in hujuſmodi fletibus, ac lacrymis, modum excedemus, non mediocrem vituperationis notam nobis ipſis incurrimus.

60 Hinc † Eccleſiaſtes, cap. 22. Medicum inquit plora ſuper mortuum, quoniam requievit. Ideò eorum mos maximè eſt improbandus, qui putant nobiliorem defuncto honorem præſtari, quo altiores ejulatus emittuntur, vel luctus per dies multos fit productior. Vnde D.
61 Ioan. Chryſoſt. † honor, inquit, mortuo non eſt fletus, nec ejulatus, ſed hymni, pſalmi, & optima, & tamen pluribus in locis ante publicationem ſacri conc.
62 Trid. uſu receptum vidi, † quod defuncti ædes, univerſa vicinia, & familia conflebat, ubi circum cadaver maximo cũ clamore, & ejulatu circunſtabat, & deinde illud in eccleſiam mulieres præcipuè linteo oblongo capite contectæ lugubri planctu altis vocibus clamando, & flendo comitabantur, ubi depoſito feretro, dum per ſacerdotes juſta de more fiunt defuncto clamores, & planctus cum ſacerdotum cantu permiſti continuabant, uſque dum cadaver ſepulcro conderetur, crines